

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Antichristus a  
cum fonte primo

Allegacio dyaboli est non permitti exercere  
totam temptationem quam potest uel

fraudulenter.

Quod, si permitteretur in tam longo tempore  
et tanta infirmitate multorum,  
plures tales quales Deus id perpeti non uult,  
et fideles duceret et ne crederent impediret.

Quod ne faceret alligatus est.

Tunc autem soluetur quando et breue tempus erit.  
Nam tribus annis et sex mensibus legitur  
Sathanas totis suis uiribus seuiturus.

Augustinus XX. libro de ciuitate Dei capitulo VIII.

Quod absit ut fiat; sed  
alligatio diaboli est non permitti exserere  
totam temptationem, quam potest uel  
ui uel dolo ad seducendos homines  
in partem suam cogendo uiolenter  
fraudulenterue fallendo.  
Quod si permitteretur in tam longo tempore  
et tanta infirmitate multorum,  
plurimos tales, quales Deus id perpeti non uult,  
et fideles deiceret et ne crederent impediret;  
quod ne faceret, alligatus est.  
Tunc autem soluetur, quando et breue tempus erit  
(nam tribus annis et sex mensibus legitur  
totis suis suorumque uiribus saeuiturus)  
et tales erunt, cum quibus ei belligerandum est,  
ut uinci tanto eius impetu insidiisque non possint.

Augustinus Hipponensis, *De ciuitate Dei*, 20.8  
(CCSL 48, B. Dombart ed., p.713, ll.29-40).